Göttweig, 2. Viertel 12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36549
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Egressi autem illi ecce obtulerunt ei hominem mutum
demonium habentem. & eiecto demonio locutus est mutus
Vnde mirabatur mutus lingua recepta ad loquendum. Qui autem
egrediebantur cofonebant magis et multo et sermone communi.
ut surdus quia mutus intelligatur. Sicut moris est scripturarum
cofor indifferenter uel surdum uel mutum dicere. Spi
ritaliter autem sicut ceci lumen recepiunt. sic & mutus
ad loquendum lingua laxatur. ut confitatur dum quem
antea denegabat. Et mirati sunt turbe dicentes. Nun
quam sic apparuit in israel. Pharisei autem dicebant.
In principe demoniorum eiicit demonia. Turba de
opera confitentur & dicebant. nunquam sic apparuit in israel. In tuba
confessionis nationum est. Pharisei autem qui uirtutem negare
non poterant. opera calumniantur. & dicunt. In principe
demoniorum eiicit demonia. per suam calumniam usque
hodie iudeorum infidelitatem demonstrantes. Et cir
cuibat ihesus ciuitates omnes & castella. docens in syna
gogis eorum & predicans euangelium regni & curans om
nem languorem & omnem infirmitatem. Cernis quid
equaliter & uillis & urbibus & castellis idem magnis
& paruis euangelium predicauit [illegible] rit. & non considera
rit potentiam nobilium. sed salu[illegible] tem credentium. Cir
cuibat ciuitates. hoc habens opus quod mandauit
rat pater. & hanc esurit. ut doctrina sua saluos fa
ceret infideles. Docebat autem in synagogis & uillis
euangelium regni. & post predicationem atque doctrina
curabat omnem languorem & omnem infirmitatem.
ut quibus sermo non suaserat. opera persuaderet [illegible]. De